



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Cap. XIII. Alia miracula. Transfiguratio. Obedientiæ doctrina & humilitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

MARGARITUM SPIRITUALE.

est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit: Etiam Domine: nam & catelliedunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Jesus, ait illi: O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia ejus ex illa hora.

5. Et exiens Jesus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas ejus: & expuens, tetigit linguam ejus: & suspiciens in cælum, ingemuit, & ait illi: Ephphetha, quod est Adaperire. Et statim apertæ sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur rectè. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quantò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant: & eò amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

CAPUT XIII.

Alia miracula. Transfiguratio. Obedientia doctrina & humilitatis.

1. Iesu de septem panibus satiat quatuor millia hominum.
2. Pharisæos signum quærentes rejicit, & ad signum Iona Propheta remittit.
3. Caco u sum in Betsaida restituit.
4. Passionem suam prædicare & prædicare incipit.

5. Transfiguratur coram Petro, Iacobo, & Iohanne.
6. Ejicit dæmonium, quod discipuli ejicere non poterant.
7. Iterum prædicat se passurum.
8. Stasere in ore pisci invento, solvit didrachma pro se & Petro.
9. Discipulos humilitatem docet.

IN diebus illis iterum cum turba multa esset, nec haberent quod manducarent, convocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbam, quia ecce jam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos jejunos in domum suam, deficiunt in via: quidam enim ex eis de longè venerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Unde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Et interrogavit eos: Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et accipiens septem panes, grâtiâs agens fregit, & dabat discipulis suis ut apponerent, & apposuerunt turbæ. Et habebant pisciculos paucos: & ipsos benedixit, & jussit apponi. Et manducaverunt, & saturati sunt, & sustulerunt quod superaverat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui manducaverant, quasi quatuor millia, & dimisit eos.

Et statim ascendens navim cum discipulis suis, venit in fines Magedan & Dalmanutha. Et exierunt Pharisæi & Sadducæi, & accesserunt ad eum, & cœperunt conquirere cum eo. Et rogaverunt eum, ut signum de cælo ostenderet eis, tentantes eum. Et

10
Quatuor
millia
hominum
satiat le-
su septem
panibus
& paucos
piscibus
Mar. 8.

Super-
fuerit se-
ptem spor-
ta frag-
menta-
rum.

2.
Signum
quærentes
Pharisæi.
Mat. 15.
Mar. 8.
Mat. 16

3. ingemiscens spiritu, ait: Quid generatio ista mala & adultera lignum quærit? Amen dico vobis, si dabitur generationi isti signum, nisi signum Jonæ Prophetæ.

Et dimittens eos, ascendit iterum navim, & abiit trans fretum, & venit Bethsaidam. Et adducunt ei cæcum, & rogabant eum ut illum tangeret. Et apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos ejus impositis manibus suis, interrogavit eum si quid videret. Et aspiciens, ait: Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos ejus: & cœpit videre, & restitutus est, ita ut clarè videret omnia. Et misit illum in domum suam, dicens: Vade in domum tuam, & si in vicum introieris, nemini dixeris.

4. Exinde cœpit Jesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire Jerosolymam, & multa pati à senioribus, & Scribis, & principibus sacerdotum, & tertia die resurgere. Et dicebat illis: Amen dico vobis, quia sunt quidam de hinc stantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute.

5. Et post dies sex assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus: & ducit illos in montem excelsum seorsum, ut oraret. Et dum oraret, transfiguratus est ante eos. Et resplesit facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix. Et

ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes: & dicebant excessum ejus, quem complecturus erat in Ierusalem. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum: Domine, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moyfi unum, & Eliæ unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Iesum, et descendentibus illis de monte, præcepit illis Iesus, dicens: Nemini dixeritis visionem, donec Filius hominis à mortuis resurgat.

Et veniens ad discipulos suos, vidit turbam magnam circa eos, & Scribas conquirentes cum illis. Et confestim omnis populus videns Iesum, stupefactus est, & expaverunt, & accurrentes, salutabant eum. Et interrogavit eos: Quid inter vos conquiritis? Et respondens unus de turba, dixit: Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum: qui ubicunq; eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit: & dixi discipulis tuis ut ejicerent illum, & non potuerunt. Qui respondens

3. Reficitur cæco visum appositio spiritus oculi. Marc. 8.

4. Mat. 16. Passio nem suam prædicat. Marc. 9.

5. Transfiguratio Christi in monte. Mat. 17. Luc. 9. Mat. 17.

Colloquuntur cum eo Moyses & Elias. Luc. 9.

Mat. 17.

Vox Patru de nube.

6. Dæmonium, quod discipuli non poterant, Iesus eiecit. Mat. 9.

SPITO-
MA VI-
TAE
CHRISTI
ANN-
XXXIII.

dens eis, dixit: O generatio incre-
dula, quamdiu apud vos ero?
quamdiu vos patiar? afferte il-
lum ad me. Et attulerunt eum.
Et cum vidisset eum, statim spi-
ritus conturbavit illum: & elisus
in terram, volutabatur spumans.
Et interrogavit patrem ejus: Quā-
tum temporis est, ex quo ei hoc
accidit? At ille ait: Ab infantia:
& frequenter eum in ignem & in
aquas misit, ut eum perderet, sed
si quid potes, adjuva nos, miser-
tus nostri. Iesus autem ait illi: Si
potes credere, omniaabilia
sunt credenti. Et continuo exclamans
pater pueri, cum lacrymis
ajebat: Credo, Domine, adjuva
incredulitatem meam. Et cum
vidisset Iesus concurrentem tur-
bam, comminatus est spiritui im-
mundo, dicens illi: surde & mute
spiritus, ego præcipio tibi, exi ab
eo; & amplius ne introeas in eum.
Et exclamans, & multum discer-
pens eum, exiit ab eo, & factus est
sicut mortuus, ita ut multi dice-
rent: quia mortuus est. Iesus au-
tem tenens manum ejus, elevavit
eum, & surrexit. Et cum introis-
set in domum, discipuli ejus se-
cretò interrogabant eum: quare
nos non potuimus ejicere eum?
Dixit illis Iesus: Propter incre-
dulitatem vestram. Amen quip-
pe dico vobis, si habueritis fidem
sicut granum sinapis, nihil im-
possibile erit vobis. Hoc autem
genus non ejicitur, nisi per ora-
tionem & jejunium.

bantur Galilæam. Docebat autem
discipulos suos, & dicebat illis:
quoniam filius hominis tradetur
in manus hominum, & occidetur
eum, & occisus tertiâ die resur-
get. At illi ignorabant verbum,
& timebant interrogare eum. Et
contristati sunt vehementer.

Et cum venissent Capharnaum,
acceserunt qui didrachma acci-
piebant, ad Petrum, & dixerunt
ei: Magister vester non solvit di-
drachma? Ait: Etiam. Et cum
intrasset in domum, prævenit
eum Iesus, dicens: quid tibi vide-
tur Simon? Reges terræ à quibus
accipiunt tributum vel censum?
à filiis suis, an ab alienis? At ille
dixit: Ab alienis. Dixit illi Ie-
sus: Ergo liberi sunt filii. Ut au-
tem non scandalizemus eos, va-
de ad mare, & mitte hamum, &
eum piscem, qui primus ascende-
rit, tolle, & aperto ore ejus, inve-
nies staterem; illum sumens, da
eis pro me & te.

Et interrogabat Discipulos
suos: quid in via tractabatis?
At illi rcebant: Siquidem in via
inter se disputaverant, quis eo-
rum major esset. Et advocans Ie-
sus parvulum, statuit eum in me-
dio eorum: quem cum complexus
esset, ait illis: Amen dico vobis,
nisi conversi fueritis, & efficiami-
ni sicut parvuli, non intrabitis in
regnum cælorum. quicumque
ergo humiliaverit se sicut parvu-
lus iste, hic est major in regno cæ-
lorum.

7. Et inde profecti prætergredie-

F 2

CA-